SANTO TOMÁS DE AQUINO

DE DEMONSTRATIONE

VATICAN MS VAT. LAT. 807

TEXTUM TAURINI 1954

Traducción y notas de NELSON MECHÁN ZURITA

DE DEMONSTRATIONE

Ad habendum cognitionem de demonstratione, sciendum quod demonstratio est syllogismus ex veris, primis et immediatis, prioribus, notioribus, causisque conclusionis: et haec est demonstratio potissima; aut ex talibus quae per aliqua vera et prima principium suae cognitionis sumpserunt: et haec est demonstratio non potissima. Unde sciendum est quod tria exiguntur ad demonstrationem: scilicet subiectum, passio et dignitas.

[En orden] a tener conocimiento de la demostración, conózcase que la demostración es el silogismo a partir de [premisas] verdaderas, primeras e inmediatas; anteriores, más conocidas, y causas de la conclusión: y esta es la demostración más excelsa. O bien, es a partir de tales [premisas] que han tomado su conocimiento a partir de algún principio verdadero y primero: y esta es la demostración menos excelsa. De ahí que haya que conocer que tres cosas se requieren para una demostración: a saber, el sujeto, la pasión y la dignidad.

Subiectum est de quo praedicatur passio. Passio autem est accidens per se convertibile cum subiecto de quo praedicatur. Est ergo demonstratio potissima, quando praedicatur passio de subiecto universali per medium, quod est definitio dicens quid et propter quid. Subiectum autem universale passionis alicuius est quod est convertibile cum sua passione, et quod habet causam intra se suae passionis: unde triangulus est subiectum universale huius passionis, quae est habere tres angulos: quod est convertibile cum sua passione, quia quidquid est triangulus, habet tres angulos etc., et e converso, et triangulus in eo quod triangulus est, habet tres angulos.

El sujeto es aquello sobre el que se predica la pasión. La pasión, en cambio, es el accidente *per se* convertible con el sujeto del que se predica. Por lo tanto, la demostración es más excelsa cuando se predica una pasión sobre un sujeto universal a través del medio, que es la definición que expresa el *quid* y el *propter quid*. Sin embargo, el sujeto universal de una pasión es aquello que es convertible con esa pasión y que tiene la causa de su pasión dentro de sí: por eso, el triángulo es el sujeto universal de esta pasión que es tener tres ángulos, que es convertible con esa pasión, porque cualquiera sea el triángulo, tiene tres ángulos, y viceversa. Además, el triángulo, en cuanto a que es triángulo, tiene tres ángulos.

Subiectum particulare est, quod non est convertibile cum illa passione, et non habet causam intra se suae passionis, ut isosceles: quia non quidquid habet angulos tres, est isosceles; quia isosceles in eo quod isosceles, non habet tres angulos, sed in eo quod triangulus.

[Por otro lado], el sujeto particular es aquel que no es convertible con aquella pasión, y no tiene la causa de su pasión dentro de sí, como el isósceles, porque no todo lo que tiene tres ángulos es isósceles, puesto que el isósceles, en cuanto a que es isósceles, no tiene tres ángulos, sino en cuanto a que es triángulo.

Definitio vero dicens quid est definitio data per essentialia, et est definitio subiecti, ut triangulus est figura plana tribus lineis contenta. Definitio vero propter quid est definitio data per causam, et haec est definitio passionis, quia definitio passionis dicit causam inhaerentiae passionis in subiecto, per quod subiectum passio habet esse: verbi gratia, habere tres angulos aequales duobus rectis est habere angulum extrinsecum aequalem duobus rectis intrinsecis sibi oppositis: et propter hoc passio inest triangulo per suam definitionem. Si autem quaeratur propter quid habet triangulus tres etc., respondetur quod habet angulum extrinsecum aequalem duobus rectis sibi oppositis.

Por otra parte, la definición que expresa el quid es la definición dada por lo esencial, y es la definición del sujeto: así, triángulo es "figura plana contenida por tres líneas". La definición *propter quid*, en cambio, es la definición dada por la causa, y esta es la definición de la pasión, porque la definición de la pasión expresa la causa de la inherencia de la pasión en el sujeto, mediante la cual el sujeto tiene la pasión: v.g., tener tres ángulos iguales a dos ángulos rectos es tener un ángulo extrínseco igual a dos [ángulos] intrínsecos opuestos a él: y por eso la pasión está en el triángulo por su definición. Pero si se pregunta por qué el triángulo tiene tres ángulos, se responde que tiene un ángulo extrínseco igual a dos [ángulos intrínsecos] opuestos a él.

Et dico quod definitio dicens quid et propter quid, quae scilicet est ex oppositis, ita ex definitione subiecti et passionis est medium in potissima demonstratione propter quam praedicatur passio propria de subiecto universali et adaequate. Verbi gratia: omnis figura plana tribus lineis contenta, habens angulum extrinsecum aequalem duobus intrinsecis sibi oppositis, habet tres angulos et cetera. In propositione maiori cadit secundus modus dicendi per se, qui est quando definitum praedicatur de definitione. Sed omnis figura plana tribus lineis contenta habet angulum extrinsecum aequalem duobus intrinsecis sibi oppositis. In hac minori cadit primus modus, qui est quando definitio vel pars definitionis praedicatur de definito. Et sequitur conclusio: omnis triangulus habet tres angulos aequales duobus; hic cadit tertius modus, qui est quando passio praedicatur de subiecto, qui est cum reduplicatione causae: ut luna propter interpositionem terrae deficit; et interemptus propter interemptionem

Y digo que la definición que expresa el *quid* y el *propter quid*, que es de opuestos, a saber, de la definición del sujeto y de la pasión, es el medio en la demostración más excelsa por la cual se predica una pasión, propia y adecuadamente, de un sujeto universal. V.g.: "Toda figura plana contenida por tres líneas, que tiene un ángulo extrínseco igual a dos [ángulos] intrínsecos opuestos a él, tiene tres ángulos", En la proposición mayor, entra el segundo modo de decir *per se*, que es cuando lo definido se predica de la definición. Pero toda figura plana contenida por tres líneas tiene un ángulo extrínseco igual a dos [ángulos] intrínsecos opuestos a él. En esta [proposición] menor, entra el primer modo, que es cuando la definición o parte de la definición se predica de lo definido. Y se sigue la conclusión: "Todo triángulo tiene tres ángulos iguales a dos [rectos]". Aquí entra el tercer modo, que es cuando la pasión se predica del sujeto, y que se da con reduplicación de la causa: así, "la luna

interiit. Aliud exemplum est de potissima demonstratione. Omne corpus naturale illuminatum a sole, privatum luce a terrae obiectu, deficit. Luna est huiusmodi. Ergo luna deficit. Et probatur passio per definitionem dicentem quid et propter quid.

disminuye por la interposición de la Tierra", "el asesinado perece por el asesinato". Hay otro ejemplo de demostración más excelsa: "Todo cuerpo natural iluminado por el sol, privado de luz por la obstrucción de la Tierra, disminuye. La luna es de este tipo. Por lo tanto, la luna disminuye". Y se prueba la pasión a través de la definición que expresa el *quid* y el *propter quid.*

Demonstratio vero non potissima fit multipliciter: scilicet quando praedicatur passio de subiecto particulari per medium quod est subiectum illius passionis, quia scilicet subiectum est causa proxima passionis in subiecto particulari; ut si probatur habere tres de isoscele per triangulum, scilicet: omnis triangulus habet tres; isosceles est triangulus; ergo isosceles habet tres.

Sin embargo, la demostración menos excelsa se hace de varias maneras: a saber, cuando se predica una pasión de un sujeto particular a través del medio que es el sujeto de aquella propiedad, porque el sujeto es la causa próxima de la pasión en el sujeto particular; así, se prueba que el isósceles tiene tres [ángulos] por medio del triángulo: "Todo triángulo tiene tres [ángulos]. El isósceles es triángulo. Por lo tanto, el isósceles tiene tres [ángulos]".

Unde iste syllogismus potest esse sophisticus, vel dialecticus, vel demonstratio particularis. Syllogismus enim sophisticus est si probetur de subiecto particulari tanquam de subiecto universali et convertibili, propter identitatem in parte quam habet isosceles cum triangulo: quando enim propter identitatem in parte subiecti cum praedicato movetur ad credendum quicquid dicatur de uno et de altero, est fallacia accidentis. Syllogismus dialecticus est prout probatur passio de illo, ut de isoscele, ut de subiecto particulari per triangulum, inquantum est commune praedicabile quoddam de pluribus: manifestum est enim quod in syllogismo dialectico est commune praedicabile de pluribus. Item demonstratio particularis est quando probatur passio de isoscele ut de subiecto particulari per triangulum, secundum quod est causa proxima passionis in subiecto particulari: triangulus enim est causa proxima quare

Por eso, este silogismo puede ser sofístico, dialéctico o demostración particular. En efecto, silogismo sofístico es cuando se prueba [una pasión] de un sujeto particular como si fuera un sujeto universal y convertible, debido a la identidad en una parte que tiene el isósceles con el triángulo: pues hay falacia del accidente cuando por la identidad en una parte del sujeto con el predicado se mueve a creer todo lo que se diga de uno y otro. Silogismo dialéctico es cuando se prueba una pasión de un sujeto particular: como cuando del isósceles se prueba [una pasión] a través del triángulo, en cuanto que es predicado común aplicable a muchos: en efecto, es manifiesto que, en el silogismo dialéctico, un predicado común se aplica a muchos. Además, la demostración particular se da cuando se prueba una pasión de un sujeto particular, como el isósceles, a través de un triángulo, en cuanto que es causa próxima de la pasión en el sujeto

isosceles habet angulos tres: non enim isosceles in eo quod isosceles, habet tres, sed in eo quod triangulus.

Aut demonstratio non potissima fit aliter, scilicet quando probatur effectus per causam remotam, vel quando probatur causa per effectum; ut si probetur habere tres de isoscele non per triangulum qui est causa proxima et immediata isoscelis, ut dictum est, sed per figuram planam etc., quae est definitio trianguli et suae passionis, dicens quid et propter quid, quod est causa proxima respectu subiecti universalis, et causa remota respectu subiecti particularis. Et formatur demonstratio per causam remotam, sic: omnis figura plana tribus etc.; isosceles est huiusmodi; ergo et cetera.

Item aliter fit demonstratio non potissima, quando probatur causa per effectum, ut si de planeta probetur prope esse per non scintillare, hoc modo: omne corpus luminosum non scintillans est prope positum visui. Sed planeta est huiusmodi. Ergo prope ponitur nobis. Hic enim demonstratur causa per effectum, quia prope positum est causa eius quod est non scintillare, et non e converso: non enim quia planeta non scintillat, est prope positus, sed quia prope positus non scintillat. Si vero per corpus luminosum prope positum demonstretur non scintillare, demonstrabitur effectus per causam. Simile est si probetur de luna quod sit circularis, quia augetur circulariter, hoc modo: omne corpus luminosum vel aptum illuminari in quo lumen augetur circulariter, est circulare; luna augetur circulariter; ideo est circularis. Non enim quia lumen in luna augetur circulariter, ideo est circularis, sed quia

particular. En efecto, el triángulo es causa próxima por la cual el isósceles tiene tres ángulos, pues el isósceles en cuanto isósceles no tiene tres [ángulos], sino en cuanto que es triángulo.

Sin embargo, la demostración menos excelsa se hace de otras maneras: a saber, cuando se prueba un efecto por una causa remota, o cuando se prueba una causa por el efecto. Así, se prueba que del isósceles que tiene tres [ángulos] no a través del triángulo, que es causa próxima e inmediata del isósceles, como se ha dicho, sino a través de “figura plana…”, que es la definición del triángulo y su pasión, que expresa el *quid* y el *propter quid*, que es causa próxima respecto del sujeto universal, y causa remota respecto del sujeto particular. Y se forma la demostración a través de la causa remota de la siguiente manera: “Toda figura plana contenida… El isósceles es de este tipo. Por tanto, también…”.

De otra manera se hace la demostración menos excelsa: cuando se prueba la causa por el efecto. Así, del planeta se prueba que está cerca porque no centellea, de esta manera: “Todo cuerpo luminoso que no centellea está puesto cerca de la vista. Ahora bien, el planeta es de este tipo. Por lo tanto, está puesto cerca de nosotros”. Aquí, pues, se demuestra la causa por el efecto, ya que estar puesto cerca es la causa de no centellar, y no al contrario, pues no porque el planeta no centellee está puesto cerca, sino porque está puesto cerca no centellea. En cambio, si por el cuerpo luminoso puesto cerca se demuestra que no centellea, se demostraría el efecto por la causa. Semejante ocurre si se prueba de la luna que es circular porque aumenta circularmente, de esta manera: “Todo cuerpo luminoso o capaz de ser iluminado en el que la luz aumenta circularmente, es circular. La luna

circularis et sphaerica est luna, ideo circulariter augetur. Et sic patet quod diximus.

aumenta circularmente. Por lo tanto, es circular". En efecto, no porque la luz aumente circularmente en la luna es circular, sino debido a que la luna es circular y esférica, por eso aumenta circularmente. Y así queda claro lo que dijimos